gatarios utantur beneficio: ut in tantum hereditariis creditoribus [1] teneantur, in [2] quantum res substantiæ ad eos devolutæ valeant: & eis satisfaciant qui primi [3] veniant creditores: & si nihil reliquum est, posteriores [4] venientes repellantur: & nihil ex sua substantia penitus heredes amittant: ne [5] dum lucrum facere sperant, in damnum incidant. Sed & si legatarii interea venerint: eis satisfaciant ex [6] hereditate defuncti, vel ex ipsis [7] rebus, vel ex earum forsitan venditione [8]. §. 5. Sin vero creditores, qui post emensum patrimonium necdum completi sunt [9] superveniant: neque ipsum heredem [10] inquietare concedantur, neque eos qui ab eo comparaverint [11] res [12], quarum pretia in legata, vel fideicommissa, vel alios [13] creditores processerunt. Licentia creditoribus [14] non deneganda adversus legatarios venire, vel hypothecis [15], vel indebiti [16] condictione uti, & hæc quæ acceperint, recuperare: cum satis absurdum sit, creditoribus quidem jus suum [17] persequentibus legitimum auxilium denegari, legatariis vero qui pro lucro [18] certant, suas partes leges accommodare. §. 6. Sin vero heredes res hereditarias creditoribus hereditariis pro debito dederint in solutum: vel per dationem pecuniarum satis eis fecerint: liceat aliis creditoribus qui ex anterioribus [19] veniunt hypothecis, adversus eos venire, &[a] posterioribus [creditoribus] secundum leges eas abstrahere, vel per hypothecariam actionem, vel per condictionem ex lege, nisi voluerint debitum [20] eis offerre. §. 7. Contra ipsum tamen heredem (secundum quod sæpius [21] dictum est) qui quantitatem rerum hereditariarum expendit, nulla actio extendatur. §. 8. Sed nec adversus [22] emptores rerum hereditariarum, quas ipse [heres] pro solvendis debitis, vel legatis vendidit, venire alii concedatur: cum satis anterioribus creditoribus a nobis provisum est, vel ad posteriores [23] creditores, vel ad [24] legatarios pervenientibus, & suum jus persequentibus. §. 9. In computatione autem patrimonii damus ei [licentiam] excipere & retinere quicquid in [25] funus [26] expendit, vel in testamenti insinuationem [27], vel in inventarii confectionem [28], vel in alias necessarias causas hereditatis approbaverit sese persolvisse. Si vero & ipse aliquas contra defunctum habebat actiones: non hæ confundentur [29], sed similem [cum] aliis creditoribus per omnia habeat fortunam: temporum [30] tamen prærogativa inter creditores servanda. §. 10. Licentia danda creditoribus, seu legatariis, vel fideicommissariis, si majorem putaverint esse substantiam a defuncto derelictam, quam heres [in] inventario scripsit, quibus voluerint, legitimis modis quod superfluum est, approbare [31], vel per tormenta [32] forsitan servorum hereditariorum [33] secundum anteriorem nostram legem quæ de quæstione servorum loquitur, vel per sacramentum illius, si [34] aliæ probationes defecerint: ut undique veritate exquisita, neque lucrum neque damnum aliquod heres ex hujusmodi sentiat hereditate: illo videlicet observando, ut si ex hereditate aliquid heredes surripuerint [35], vel celaverint, vel amovendum curaverint, postquam fuerint convicti, in duplum [36] hoc restituere, vel hereditatis quantitati computare compellantur.

§. 11. Donec [37] tamen inventarium conscribitur: vel si res præsto sint, intra tres menses [38]: vel si abfuerint [39], intra annale spatium secundum anteriorem [40] distinctionem, nulla [41] erit licentia neque creditoribus neque legatariis vel fideicommissariis eos vel inquietare, vel ad judicium vocare, vel res hereditarias quasi ex hypothecarum autoritate vindicare: sed fit hoc spatium ipso jure pro [42] deliberatione heredibus concessum: nullo scilicet ex hoc intervallo creditoribus hereditariis circa temporalem præscriptionem [43] præjudicio generando. §. 12. Sin vero postquam adierint, vel sese immiscuerint, præsentes [43] vel absentes inventarium facere distulerint [45], & datum jam a nobis tempus ad inventarii confectionem effluxerit: tunc ex eo ipso quod inventarium secundum [46] formam præsentis constitutionis non fecerint, & heredes esse omnimodo intelligantur: & debitis hereditariis in solidum teneantur, nec legis nostræ beneficio perfruantur, quam contemnentes [47] noluerunt. §. 13 Et hæc quidem de his sancimus, qui deliberandam esse censuerunt. §. 14 Et hæc quidem de his sancimus, qui deliberationem nullam petendam [esse] curaverint; quam putamus quidem penitus post hanc legem esse supervacuam, & debere ei derogari. Cum enim liceat eis & adire hereditatem, & sine damno ab ea discedere ex præsentis legis auctoritate: quis locus deliberationi relinquitur? † Sed quia quidam vel vana formidine, vel callida machinatione, pro deliberando nobis supplicandum necessarium esse existimant, quatenus eis liceat annale tempus tergiversari, & hereditatem inspicere, & alias contra eam machinationes excogitare, & eandem deliberationem flebilibus [47] adsertionibus repetita præce sæpius accipere: ne quis nos putaverit antiquitatis [48] penitus esse contemptores, indulgemus quidem eis petere deliberationem, vel [49] a nobis vel a nostris judicibus: non tamen amplius ab imperiali quidem culmine uno [50] anno, a nostris vero judicibus novem mensibus: ut neque [51] ex imperiali largitate aliud tempus eis indulgeatur: sed & si fuerit datum, pro [52] nihilo habeatur. Semel [53] enim & non sæpius [54] eam peti concedimus.

§. 14. Sin autem hoc aliquis fecerit, & inventarium conscripserit (necesse est enim omnimodo deliberantem inventarium cum [55] omni subtilitate facere) non liceat ei post tempus præstitutum, si [56] non recusaverit hereditatem, sed adire maluerit, nostræ legis uti beneficio: sed in solidum secundum antiqua jura omnibus creditoribus teneatur. Cum enim gemini tramites inveniri sint, unus quidem ex anterioribus qui deliberationem dedit, alter autem rudis, & novus a nostro numine repertus, per quem adeuntes sine damno conservantur? electionem ei damus, vel nostram constitutionem eligere & beneficium ejus sentire: vel si eam aspernandam existimaverit, & ad deliberationis auxilium convolaverit, ejus effectum habere: & si non intra datum tempus recusaverit hereditatem, omnibus in solidum debitis hereditariis teneatur: & non secundum modum patrimonii, sed etiam si exiguus sit census [57] hereditatis, tamen quasi heredem eum in totum obligari: & sibi imputet [58], qui pro novo beneficio vetus elegerit gravamen: & ideo ad ipsam deliberationis dationem, & divinum rescriptum super hac promulgatum, hoc adjici volumus, ut sciant omnes [59], quod omnimodo [60] post petitam deliberationem, si adierint, vel pro herede gesserint, vel non recusaverint hereditatem, omnibus [61] in solidum hereditariis oneribus teneantur. Si quis autem temerario proposito deliberationem quidem petierit, inventarium autem minime conscripserit, & vel adierit hereditatem, vel minime eam repudiaverit: non solum creditoribus in solidum teneatur, sed etiam legis Falcidiæ beneficio minime utatur. Quod si post deliberationem recusaverit inventario minime conscripto: tunc res hereditarias creditoribus, vel his qui ad hereditatem vocantur, legibus reddere compelletur: quantitate earum sacramento res [62] accipientium manifestanda, cum taxatione tamen a judice statuenda.

§. 15. Notissimum autem est hac constitutione, quæ omnes casus continet, nostris constitutionibus jam pro eisdem capitulis promulgatis esse derogatum, quarum altera etiam Gordianæ [63] constitutionis sensus continebatur. Cum enim ampliore tractatu habito, melior exitus inventus sit, & tribus constitutionibus in unum congregatis unus appareat, & in milites & in alios omnes juris probabilis articulus; ea propter ex anterioribus inquietari nostro subjectos imperio non patimur: scilicet ut milites [64] etsi propter simplicitatem præsentis legis subtilitatem non observarint, in tantum tamen teneantur, quantum in hereditate invenerint. Quam patres conscripti, in hujusmodi casibus in posterum obtinere sancimus. Dat. 5. Kal. Decembr. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

1 Creditores legatariis præferuntur. 2 Quousque heres facto inventario creditoribus hereditariis teneatur. 3 Creditoribus primo venientibus heres potest satisfacere bona fide, id est, si nesciens alios tempore potiores: alias, si resciverit id primo venientibus solvere non debebit, nisi exacta cautione. *l. 41. ff. ad l. Falc.* & ita hoc casu occupantis sit melior conditio. vide *l. 19. ff. de re jud.* Melior inquam, quoad jus possidendi attinet, non tamen omnimodo §. 6. *l. eod.* 4 Negligentia creditori imputatur. 5 Stulta est ratio, aut certe frigida. 6 Legatariis satis fit ex derunctí hereditate. 7 Pura si res illis specialiter fuit legatæ, atque ita hoc casu legatarius, rebus ipsis seu rerum solutione satisfieri potest. 8 Heres facto inventario, liendi eræ hereditarii causa, res hereditarias poterit vendere. An quomodocunque verbi gratia, fine subhastatione? potest, *Bald.* quod minime ferendum videtur. 9 Id est, quibus necdum aut nondum plene satisfactum est. 10 Eadem in milite, *l. 12. in fin. §. de testam. milit.* 11 Creditori hereditario adversus emptorem rei hereditariæ non datur evictio, *ut hic*: ut qui ab herede rem hereditariam emerit, securus fiat, neque possit eo nomine a creditoribus hereditariis conveniri. Quid si res fuit aliena? Factum heredis domino præjudicium non adiere. Bart. *hic. num.* 2.

12 Quid: jus ac beneficium hereditatis poteritne vendi? potest. *Tit. ff. de heredit. vel act. vendita.* An & jus ipsius inventarii feu beneficium inventarii? adde quæ scripsi ad *l. 78. ff. ad SC. Trebell.* 13 Heres hereditariorum rerum emptor ea cautione res hereditatis emere debet, ut pretium rerum emptarum heredi, si possit, numeret præsentibus creditoribus, vel legatariis pretium recipientibus: utque numerationis ejusce contestatio fiat in ipso venditionis & emptionis instrumento; nec enim sufficit emptori res hereditarias ab herede venditas, ut creditoribus & legatariis satisfaceret: cum & pretium earum solvi quoque superioribus personis oportet, Capyolla *cautela* 225. Verum res hereditariæ commodius & tutius publice decursis hastis comparantur. 14 Creditores hereditarii res hereditarias legatariis traditas ab herede possunt evincere, quoties heredibus non est solvendo: facit *l. 6. ff. de separationib.* non si solvendo est, ut *l. uli. §. de hered. act.* 15 Si res extant.

16 Si res non extant, hypothecariis in rem ipsam competit condictio ad pretium.

17 Melius est favere repetitioni quam adventitio lucro. *l. 41. in fin. ff. de reg. jur.*

18 Legatum, titulus lucrativus. 19 Priores creditores, posteriores evincunt.

20 Vide *l. 1. ff. qui potior.* 21 §. 4. §. 5. §. *eod.* 22 §. 5. *supr. eod.*

23 §. 6. §. *eodem.* 24 §. 7. §. *eodem.* 25 Observa quas expensas heres imputare possit creditoribus. 26 Funeris expensa omne debitum præcedit. *l. pen. ff. de religios. l. 1. in fin. ff. ad l. Falcid. §. 4. Inst. de l. Falcid.*

27 Insinuationis expensa, vide *l. 23.* §. *de testam.* 28 Inventarii expensa. 29 Debitum heredis qui inventarium fecit, non confunditur. *l. 48. ff. ad legem Falcid.* 30 Ut qui prior ten pore, potior sit jure. *l. 15. §. de rei vind. l. 3. §. qui potior.* 31 Adversus inventarium probationes admittuntur, alias in dubio præsumitur pro inventario, nisi contrarium probetur. vide Alciat. 3. *præsumps.* 20. In solenni scriptura nihil præsumitur omissum. *l. 17. ff. de probation.*

32 Vide *Nov. 1. cap. 2. §. 1.* 33 Ad probanda facta domestica domestici utimur. Domestica domesticis probantur. *l. 8. §. 6. §. de repudiis.* 34 Jusjurandum omnium probationum subsidium. De fua quisque conscientia jurare cogitur. *l. 6. §. 4. vers. Sicubi. §. de his qui ad Eccl.* 35 Vide *l. 71. §. 6. ff. de adq. vel omitt. hered.* 36 Pœna heredis rem hereditariam occultantis duplum. 37 Intra tempus inventarii faciendi heres a creditoribus & legatariis conveniri non potest, *ut hic*. Hinc notant exceptionem hanc, *sum intra tempus conficiendi inventarii*, in judicio opponi posse: sed & litis contestationem impedit. Quid si agatur eo tempore feu intra illud tempus non opposita ea exceptione? Lis ipso jure nulla non est. Capella Tholosana *decis.* 257. Quid, nunquam perpetuo verum est, eam exceptionem hereditatem competere intra tempus conficiendo inventario a lege præstitutum, ut ne a quoquam possit convenirí? Verum certis casibus non est: possunt enim, vel eo tempore legata pias ad causas, alimenta & funus exigi ab herede: potest & suspedus facultatum, vel fugæ heres eo tempore conveniri, potest & eodem tempore usuraum nomine conveniri & ad eaum restitutionem cogi ut & commodati in eum agi. Bald. Coltrenf. *hic.* Angel. *l. 1. §. hæ fin. de atto. 9. ff. fi eus plus quam.* Quæ omnia vera sunt, etiam si ipsa hereditas idonea sit. Quid, eo tempore potestne heres alios convenire? potest. Bart. *hic.* Pausam igitur & dilationem suam habet heres adita etiam hereditate, tantisper dum inventarium facit, ut neque a creditoribus, nec a legatariis possit eo tempore conveniri. Triceſimo ab adita hereditate die, inventarium inchoare: sexagesimo post primum illum mensem die, perficere debet, si res hereditariæ sint præsentes, si dissitæ, anni spatium habet inventario perficiendo. Illo temporis spatio invitis creditoribus & legatariis petiruetur, ut ab iis neque conveniri, neque in jus trahi, aut hypothecaria actione conveniri possit, *ut hic*. Quid si ante id spatium inventarium perfecerit? conveniri poterit, quod heredibus summe notandum est. 38 De mensium computatione v. Macrob. *lib. 1. cap. 4.* Menoch. *de arbitr. jud. lib. 2. cas.* 50. Ans. 39 Inventarium in urbe, intra tres menses; in provinciis intra annum fieri oportet, Græci apud Cuj. 14. *observ.* 39. 40 §. 2. §. 3. §. *eod.* 41 Quidam plam causam excipiunt. Volunt enim etiam nondum confecto inventario heredem conveniri posse præstandi legati causa. vide Tiraq. 24. *privilegio pie causa.* 42 Tempus deliberandi & inventarii faciendi datur: est tamen hoc illo contraditus. dixi §. 2. §. *eod.* 43 Intra tempus inventarii conficiendi creditoribus tempus agendi non currit. Cur ita? quia intra id tempus iidem heredes conveniri non possunt. §. *eod.* 44 §. 11. §. *eod.* 45 Pœna heredis inventarium non conficientis intra tempus legitimum, tenetur in solidum. 46 Lege non juvantur, qui in legem committunt. 47 Lachrymæ supplicantibus communes.

48 Princeps non est antiquitatis contemptor. 49 Tempus deliberandi petitur, vel a Principe, vel a judice. *l. 9. §. eod.* 50 Tempus deliberandi annuum a Principe, novem mensium a magistratibus concedatur. 51 Injustia diferio a Principe concedi non solet.

52 Injusta dilatio pro nulla habetur. 53 Semel quod dari potest, frustra sæpius postulatur. 54 Imo sæpius. *l. 3. ff. eodem.* 55 Id est, nullis rebus omissis. *Novell. 1. cap. 2. §. 2.* 56 Petens tempus ad deliberandum, nisi repudiat, tacite adiisse videtur: olim ita non fuit. *l. 19. §. eod. l. 69. ff. de adq. vel omitt. hered.* 57 Id est, exiguæ æstimatio. 58 Electio imputatur eligenti. 59 Nota regulam. 60 Post deliberationem adire vel repudiare heres cogitur. 61 Post deliberationem, qui non repudiat hereditatem adiisse videtur, & ut heres in solidum creditoribus hereditariis teneatur.

62 In hypothecaris, de petitione hereditatis juratur in litem. *l. 5. ff. de in litem.*

63 Vide *princip. hujus legis. §. 5. Inst. de hered. qualit.* 64 Inventarii omissio non obligat militem solvendo æri alieno. dixi ad *Novell, 1. c. 2.*

TIT.

TIT. XXXI.

DE REPUDIANDA [1], VEL ABSTINENDA [2] HEREDITATE.

De eo qui habitavit in domo hereditaria.

1. Imp. ANTONINUS A. Mutatio.

SI [3] paterna hereditate te abstinuisse constiterit, & non [4] ut heredem in domo, sed ut inquilinum, vel custodem, vel ex alia justa ratione habitasse [5] liquido fuerit probatum [6]: ex persona patris conveniri te Procurator meus prohibebit. PP. Id. Jul. MESSALA, & SABINO CONSS. 215.

De eo, qui fundos a creditoribus comparavit.

2. Idem A Severo.

SI paterna hereditate [te] abstinuisti: non ideo quod a [7] creditoribus fundos comparasti, (ut modo id bona fide [8] fecisti) a posterioribus, qui sub eisdem [9] obligationibus pecuniam patri crediderunt, jure conveniris [10]. S. PP. 5. Kal. Julii, LÆTO 2. & CEREALE CONSS. 216.

De transactione inutili super hereditate quæsita.

3. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Theodosiano.

SUus heres exceptione pacti, qui testamentum injustum adseverans, postea *nihil se de paterna successione petiturum* non ex causa donationis, sed transigendi animo in jure [11] professus est: cum respuere [12] quæsitam [13] nequiret [14] hereditatem, & transactio [15] nullo [16] dato, vel retento, seu promisso [17] minime [18] procedat, summoveri non potest. Sine die CC. CONSS.

Nec repudiatam hereditatem posse quari, nec quæsitam repudiari: de confessione in jure.

4. Iidem AA. & CC. Modestino militi.

SIcut [19] major [20] vigintiquinque annis, antequam adeat, delatam repudians [21] successionem, post quærere non potest: ita quæsitam [22] renunciando nihil agit, sed jus quod habuit, retinet: nec quod confessos [23] in jure pro judicatis haberi placuit, ad vocem repudiantis hereditatem, sed ad certam quantitatem deberi consitentem [24] pertinet. S. Kalend. Januar. *Sirmii*, AA. CONSS.

De pupillo.

5. Iidem AA. & CC. Claudianæ.

PUpillorum repudiatio delatæ hereditatis sine [25] tutore autore facta, nihil eis nocet. S. 2. Kal. Januar. *Sirmii*, AA. CONSS.

De suis heredibus.

6. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni PP.

SI quis suus [26] recusaverit paternam [27] hereditatem, deinde maluerit eam adire: cum fuerat indistincte ei remissum, donec res paternæ in eodem statu [28] permanent, hoc facere, & post multum [29] temporis licebat ei ad eandem hereditatem redire: hoc corrigentes, sancimus [30], siquidem res jam venditæ [31] sunt, ut nullus aditus ei ad hereditatem reservetur: quod & antiquitas observabat. Sin autem [res] alienatæ non sunt: siquidem major annis constitutus est, & tempora restitutionis nulla ei superfunt, intra trium annorum spatium tantummodo hujusmodi ei detur licentia. † Sin autem, vel minor est, vel in utili tempore constitutus, tunc post impletum quadriennium [32] (quod spatium pro utili anno qui restitutionibus dabatur, præstitutum est) aliud triennium ei indulgeri intra quod potest rebus in suo statu manentibus adire hereditatem, & suam abdicationem [33] revocare. Quo tempore transacto, nullus aditus penitus ad paternam [hereditatem] ei reservetur: nisi forte [adhuc] eo in minore ætate constituto, res venditæ sint. Tunc etenim per in integrum restitutionem non denegatur ei adire hereditatem, & res recuperare, & creditoribus paternis satisfacere. Dat. 15. Kalend. Novembr. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. anno secundo. 532.

TIT. XXXII.

QUEMADMODUM [34] TESTAMENTA [35] APERIANTUR [36], INSPICIANTUR, ET DESCRIBANTUR.

1. Imp. ALEXANDER A. Proculæ.

UT testamentum quod dicis factum, proferatur, & publice recitetur, competens Judex [37] jubebit PP. 2. Kal. April. MAXIMO 2. & ÆLIANO CONSS. 224.

Testamenta debent aperiri secundum consuetudinem loci, ubi sit apertio. Alex.

2. Impp. VALER. & GALLIEN. AA. Alexandro.

TEstamenti tabulas ad hoc tibi a patre datas, ut in patriam perferantur, affirmans: potes illuc perferre, ut secundum [38] leges, moresque locorum insinuentur [39]: ita scilicet, ut testibus non præsentibus [40] adire prius vel pro tribunali [41], vel per libellum Rectorem provinciæ procures, ac permittente eo, honestos viros [42] adesse facias, quibus præsentibus aperiantur, & ab his [43] rursum obsignentur. PP. 12. Kalend. Januar. MAXIMO 2. & GLABRIONE CONSS. 257.

3. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Aristoteli.

EJus [44], quod ad causam novissimi patris vestri judicii pertinet, de calumnia [45] tibi juranti, præter partem quam aperiri defunctus vetuit [46], vel ad ignominiam [47] alicujus pertinere dicitur, inspiciendi, ac describendi, præter diem [48], & consulem [49], Rector provinciæ facultatem fieri jubebit. Dat. 6. Kal. Maji, CC. CONSS.

Eodem modo publicantur, & aperiuntur codicilli, quo & testamentum. Bald.

4. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. ad Hesperium PP.

COdicillos [50], seu scripturam quolibet tenore formatam [51], ea oportebit observatione in publicum proferri, qua testamenta panduntur. Dat. 3. Kal. August. *Mediolani*, AUSONIO & OLYBRIO CONSS. 379.

TIT. XXXIII.

DE EDICTO DIVI ADRIANI [52] TOLLENDO, ET QUEMADMODUM SCRIPTUS HERES IN POSSESSIONEM MITTATUR.

1. Impp. SEVERUS, & ANTONINUS AA. Lucillo.

CUm [53] inter institutum, & substitutum controversia moveatur: eum qui primo loco institutus est, induci in possessionem oportet. PP. 12. Kal. Decembr. DEXTRO & PRISCO CONSS. 197.

Vitium testamenti invisibile non impedit heredem mitti in possessionem. Alex.

2. Imp. ALEXANDER A. Eutacio.

QUamvis quis se filium defuncti præteritum esse alleget, aut falsum [54], vel

1 Paul. 4. *sent.* 4. *partit.* 11. *D. lib.* 29. *ibi de omit. her.* Repudiatio fit in jure. Recusatio quovis modo. Solus heres repudiat non fideicommissarius. 2 Abstinent fui, repudiaqt extranei. *l.* 1. 2. §. *eod. d. l. uli.* §. 1. *supr. tit. prox. ubi, vespuendam vel abstinendam.*

3 Adde *l.* 3. §. *de revocand. his, quæ in fraud.* 4 Qui velut heres in domo paterna habitat, abstinentem revocare, inmisericere fe & gerere pro herede præsumitur. Cæterum an quis ut heres, aut extraneus habitet, ex indiciis potest colligi. vide *l.* 4. *supr. unde legitimi. l.* 1. §. *de jure delib. l.* 20. *ff. de adq. vel omitt. hered.* §. *uli. Inst. de hereditam qualit.* Ulpian. 22. §. 26.

5 Præsumitur heres esse velle, qui in domo paterna habitat. 6 Protestatione fcilicet contraria. 7 Possidens ut emptor, non obligatur ut heres. 8 Habet enim causam a creditoribus paternis, non a patre: non patri, sed creditoribus succedit.

9 Quid si a posterioribus creditoribus emit? Creditoribus prioribus tempore tenetur hypothecaria. *arg. l. uli.* §. 6. §. *tit. prox.* at non legatariis & fideicommissariis. *l. uli. ff. si quis omissa causa sest.* 10 Cui contrarium est, per suppositam personam emere: vel omnia bona paterna emere. *l.* 91. *ff. eodem. l.* 21. *ff. de peculio. l.* 54. *ff. de admin. & peric. tut. l.* 17. §. 1. *ff. quæ in fraudem credit.* Incontinenti post abstentionem. *l.* 24. *in fin. ff. de reb. aut. jud.* vicinitatis enim ratione præsumitur dolus. *l.* 15. *ff. de donat.* 11 Confesso, oblato, actus denique quicunque fit, judiciarius præsente adversario, audiente ac tacente, interpositus consensus adherenti & agenti nocet, *ut hic. Accurs. Bald.* Quid si judex in judicio quid præfterquam ani parti obesse possit? protestatione jus suum tueri, is cujus interest, debebit, ne videatur judici consentire. *l.* 1. *l. de relat.* Quid sententias, quo fientio tandem comprobare intelligimus? decenni silentio. *l. ab eod.* 3. *l. quomodo & quando judex. l. ad solutionem* 5, *l. de re judicata.* 12 *l.* 4. *l. eod.* 13 Adire videtur, qui adversus testamentum potris movet querelam falsi. *l.* 14. *ff. de bon. possef.* 14 Adde *l.* 55. *ff. eod. l.* 1. §. 1. *ff. ad SC. Trebell.* 15 Vide *l.* 38. §. *de transact.* 16 Transigens donare velle non intelligitur. adde *l.* 38. *supr. de transact.* 17 Aliud foret, si utilis fuisset transactio. *l.* 4. §. *de pact.* 18 Inutilis transactio vim pacti, vel repudiationis non habet. atqui inutilis acceptilatio utile pactum continet, nisi expresse dictum sit ne haberet. *l.* 8. *ff. de acceptilat.* vide Bald. *hic. num.* 5. 19 Semel heres, semper heres est. Nam ut semel repudiatam adire amplius non potest, ita aditam postea repudiare non potest.

20 Aliud in minore. §. 5. *Inst. de hered. qualit.* de impubere. *l.* 2. *ff. de off. procur.*

21 Repudiatione hereditatis amittitur. 22 Major vigintiquinque annis semel heres, semper heres esse cogitur, etiamsi damnosa apparent hereditas. Paul. 3. *sent.* §. §. *ult.* vide Dynum *ad cap.* 21. *de reg. in* 6. adde *l.* 75. *ff. de reg. jur.* 23 Confessus [id est qui confitetur debitum] in jure pro judicato habetur. *l.* 29. *ff. de donat. l.* 56. *ff. de re jud. l.* 9. 7. *ff. si quid in fraud. patron. l.* 6. *ff. de confessis. l.* 4. *in princ. ff. ad l. Jul. Majest.* tamen agnitam hereditatem in judicio repudians, non habetur pro judicato. Cur ita fit? Actus invalidus, licet fint in judicio, semper est invalidus. Agnita semel hereditas repudiari nunquam potest ab annis vigintiquinque majore ne quidem in judicio. 24 Legendum videtur *confitentis* hac sententia, Confessus in jure, pro judicato licet habeatur: si quis tamen in jure repudiaverit hereditatem, confiteri non videtur, superior enim sententia, quæ de confesso in jure est, pertinet seu referenda est ad vocem confitentis certam quantitatem deberi, non ad vocem repudiantis hereditatem. Confessio in jure non pertinet ad repudiationes, quibus non liberamur ab aliis: sed ad eas confessiones potius, quibus alteri possumus obligari, quibus certe denique nos quantitatem debere confitemur. & fic confiteri in jure, & repudiare in jure differunt. 25 Adde *l.* 1. §. 4. *ff. de successor.* 26 Quid si emancipatus? Idem *l.* 8. *ff. de collat.* & sublata est hodie differentia emancipationis. 27 Vel avitam. *arg. l.* 8. *ff. de collat. ibi, cum de bonis parentis inter fratres disputetur.* Accursius, Bart. Bald. *hic.* Quid si maternam? potest intra annum admitti. *l.* 6. *in fin. ff. ad SC. Tertullian.* Imo nullo modo potest. *l.* 2. *supr. de juris & facti. ignor.* Potest intra annum, ut dixi ad *d. l.* 2.

28 Id est, dum non sunt venditæ. *l.* 8. *ff. de jure delib.* 29 Imo non post annum. *l.* 8. *in fin. ff. de collat.* 30 Suus abstentionem nunquam revocat, ubi res fuit alienatæ: minor vero revocare potest, usque ad triennium, quod ei currit, post vigesimum nonum annum. adde *l.* 24. §. 2. *ff. de minoris.* 31 *l.* 8. *ff. de jure delib.* 32 Quadriennium loco utilis anni minoribus datum. *l. uli.* §. *de temp. in integ. vest.* 33 Minor omissam hereditatem revocare potest. §. *si ut omiss. hered.* 1. 7. §. 7. *ff. de minoribus.*

34 Et quando. vide *l.* 2. §. *eod.* 35 Adde, & codicilli & quælibet ultimæ scriptæ voluntates. *l. ult.* §. *eod.* 36 29. D. 3. & 35. *Eclog.* 6. 37 Testamentum aperiri per officium judicis petitur. *l.* 1. *l.* 4. *ff. eod.* dixi *l.* 2. 18. & 23. §. *de testament.* 38 Aperire hoc titulo non tantum est tabulas testamenti patefacere naturaliter, ut in Senatusconsulto Silanano: sed etiam civiliter, id est, secundum leges & mores civitatis in qua fit apertura testamenti. 39 Testamenta vel vivo testatore aperiuntur & publice insinuantur apud acta, ut major eis fides accedat, *ut hic*. aut post mortem testatoris ut innotescant heredibus, legatariis, fideicommissariis, servis manumissis & fisco, cui eorum sit expedit, & aliis quorum interest. 40 Id est, absentibus. *l.* 7. *ff. eod.* 41 Id est, vivo. 42 Fe- *deposit.* a præsentibus intra triduum, vel quinque dies: ab absentibus intra eos dies, cum fuerunt pervenisent. Paul. 4. *sent.* 6. §. 3. Hoc autem modo aperiebantur: Testes (vel maxima pars eorum) adhibebantur, qui testamentum signaverant. Agnitis signis, rupto lino, aperiebatur signatum in archivum redigebatur, ut si quando exemplum ejus interciderit, foret unde peteretur. Paul. 4. *sent.* 6. §. 1. Coram postea recitabatur præsentibus iisdem honestis viris in foro, vel Basilica, inter horam secundam & decimam diei. Paul. *ibid.* §. 2. Hinc illud Augustini *in Psalm.* 21. *Tamdiu*, inquit, *contradicatur de hereditate mortuorum, quamdiu testamentum præferatur in publicum & cum testamentum fuerit prolatum in publicum, tacent omnes, ut tabula aperiantur & recitentur. Judex intus audit, advocati silent, praecones silentium faciunt, universus populus suspensus est, ut legantur verba mortui.* Honestis viris scilicet. Paul. 4. *sentent.* 6. §. 2. hoc ad magistratus videtur retulisse his verbis, *exemplo sublato ab isidem magistratibus testamenta obignare, quorum præsentia constat aperta. idque* §. 1. *ante vocaverat signum publicum.* 44 Verba hæc fuerunt prætoris tam in interdicto de tabulis exhibendis, quam in extraordinarii auxilii pollicitatione. Cujacius *hic.* 45 Qui testamentum aperiri seu publicari postulat, jurare de calumnia cogitur. *l.* 1. §. *de jure jur. propter calumn.*

46 Aut vetuisse intelligitur, quod ea parte fit subfitiratio pupillaris. *l.* 8. *ff. eod.* §. 3. *Instit. de pupill. l.* 21. *supr. de testament.* 2. Gajus 4. §. 3. 47 Velari exheredationem, vel præteritio, & ita testamentum non vitiatur, licet in eo quid famosum fit descriptum. adde *l.* 54. *ff. de legat.* 1. 48 Diem & consulem testamenti Prætor non patitur describi. *l.* 2. §. 6. alias dixi. *d.* §. 6. 49 Hinc constat, diem & consulem testamentis adjici moris fuisse. de qua re missiariam, & omne omnino scriptum testamenti, etiam imperfectum. *l.* 2. §. 1. *ff. eod. l.* 1. §. 3. & 5. *ff. de tabul. exhibend.* principales & secundas tabulas. *d. l.* 2. §. 2.

52 *l.* 26. *C. Theod. quorum appell.* 53 Paul. 3. *sent.* §. §. 2. 54 In adipiscenda possessione institutus præfertur substituto. facit *l.* 8, §. 4. *ff. de legat.* 2. 54 Vide Paul. 3. *sent.* 5. inofficiosi

inofficiosum testamentum, seu alio vitio subjectum, vel servus [1] defunctus esse dicatur, tamen [2] scriptus heres in possessionem mitti solet. PP. Kal. 6. Novemb. MAXIM. 2. & ÆLIANO CONSS. 224.

3. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano PP.

EDicto divi Hadriani quod sub occasione [3] Vicesimæ [4] [partis] hereditatis introductum est, cum multis ambagibus, & difficultatibus, & indiscretis narrationibus penitus quiescente, quia & vicesima [5] hereditatis ex nostra recessit republica: antiquitatis nihilominus & aliis omnibus quæ circa repletionem vel interpretationem ejusdem Edicti promulgata sunt, sancimus, ut si quis ex asse vel ex parte institutus [6], competenti judici testamentum ostenderit non [7] cancellatum, neque abolitum, neque ex quacunque suæ formæ parte vitiatum, sed quod [in] prima figura sine omni vituperatione appareat, & depositionibus testium legitimi numeri vallatum [8] sit: mittatur quidem in possessionem earum rerum quæ testatoris mortis [9] tempore fuerunt, non autem legitimo modo ab alio detinentur, & eam testificatione publicarum personarum accipiat. Sin autem aliquis contradictor extiterit [10]: tunc in judicio competenti [11], causæ in possessionem missionis, & subsecutæ contradictionis ventilentur, & [ei] possessio acquiratur, qui potiora [12] ex legitimis modis jura ostenderit [13], sive qui missus est, sive qui antea detinens contradicendum putavit, nullis angustiis temporum hujusmodi missione coarctanda, sed sive tardius, sive præmature aliquis missus est, legis tantummodo arbitrium requiratur, & causa unde vel missio vel contradictio exoritur. Sive enim post [14] annale tempus, sive post majoris ævi curticula aliquis fuerit missus, si tamen ex legitime formato testamento missio procedat, nullum ei temporis obstaculum objiciatur: nisi [15] tantum temporis effluxerit, quod possit vel possessori plenissime securitatem super [16] dominio præstare, vel ipsi qui missus est, omnem intentionem excludere. Si enim vel ex una parte, vel ex utroque latere temporis prolixitas occurrerit, manifestissimum est non solum missionem, sed etiam ipsam principalem causam esse sopitam. Dat. 12. Kal. April. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. 531.

TIT. XXXIV.

SI [17] QUIS ALIQUEM TESTARI PROHIBUERIT [18], VEL COEGERIT.

1. Imp. ALEXAND. A. Severæ.

CIvili disceptationi crimen adjungitur, si testator non [19] sua sponte testamentum fecit, sed compulsus ab eo, qui heres est institutus, vel a quolibet alio, quos noluerit, scripsit heredes. S. 15. Kal. Jan. ALEXANDRO A. & CONS. 223.

Privatur successione, qui impedit aliquem, quo minus testetur. Salic.

2. Impp. DIOCLETIANUS, & MAXIMIANUS AA. & CC. Nicagoræ.

EOs, qui ne [20] testamentum ordinaretur, impedimento fuisse monstrantur, velut [21] indignas personas a successionis compendio removeri, celeberrimi juris est. PP. Kal. Jan. DIOCLETIANO 2. & ARISTOBULO CONSS. 285.

3. Iidem AA. & CC. Euthychidi.

JUdicium uxoris [22] postremum in se provocare [23] marita; i [24] sermone, non est criminosum. Dat. 5. Kalend. Januar. CC. CONSS. 293.

TIT. XXXV.

DE HIS [25] QUIBUS UT INDIGNIS [26], HEREDITATES AUFERUNTUR [27], ET AD SENATUSCONSULTUM SILANIANUM 28.

De nece testatoris multa.

1. Impp. SEVERUS, & ANTONINUS AA. Celeri.

§. 11. Vitium testamenti invisibile heredem mitti in possessionem non impedit, nisi de vitio in continenti doceatur. *Alexand. Salic.* adde *l. ult.* ¶. *de codicill.* non si ab eo provocatum est. *l. 6. ¶. quorum appellat. l. ultim. ff. de appellat. recip. Novell. Valentiniani de testament.* Aliud erit, si de petitione hereditatis agetur. Tunc enim de falso prius cognoscitur. *l. 5. §. 1. ff. de heredit. petit.* 1 *l. 1. l. 3. §. 6. ff. de Carbonian.* 2 Præsumitur sopitane testamentum, sed voluntas testatoris, solemnis esse perfecta, absoluta, formamque suam continet, quoad ejus fieri potest & ex verbis potest colligi, non in eo quod omissum, vel silentio præcermissum. Glos. Bart. Bald. Jas. *in l. si post divisionem 4. §. dejur. & fact. ignor.* Alciat. *l. 2. §. de bonor. poss. ff. secundum tabul.* Bart. *in l. si scriptum. 11. §. de probat.* 3 Occasione vicesimæ hereditatis. *Haloand.* occasione hereditatis, *vetus scriptura apud* Cujac. 18. *observ.* 9. Goth. Ad intellectum hujus legis vid. Leonin. *consil.* 68. *num.* 9. Wamef. *cent. 1. consil.* 86. *num.* 3. & quando locum habeat Card. Tusc. *lit. 1. consilor.* 288. Joann. Janet. *rer. quotid. lib. 2. cap.* 3. Ant. 4 Lex de vicesima hereditatum, augendi ærarii gratia, lege Julia primum irrogata est extraneis heredibus nec inopibus *Vlp.* 5. 5. deinde Nervæ, Trajani, Adriani, Marci, & aliorum constitutionibus vel cessata, vel reducta: ad postremum, abolita ne aliquotin cum Alciato pugnes a Gratiano lublatam. Ad hanc vicesimam Macer libros duos scripsit. Eadem etiam lex de aperiendis tabulis testamenti cavit. *l. 7. ff. de appellation. recipiend.* Paul. 4. *fentent.* 6. §. *ult. sti, necessario vetligali.* adde Plin. *in Panegyrico.* de legibus vicesimæ, adde *l. 2. §. 44. ff. de orig. juris.* 5 Vicesima hereditatis subtata, *vel hic.* 6 Vel scripto, vel per nuncupationem, sive id in scriptum redigatur, sive non redigatur. Quo tamen ultimo casu heres petere potest, ut testium depositiones audiantur a judice & in scriptum redigantur. Accurius *hic, in verb. depositionibus,* Tiraquell. *de retract. gentil.* §. 2. *glos.* 1. *num.* 14. Quid? hoc edictum non dabitur hereditas ab intestato? Rolandus a Valle 1. *consil. num.* 5. negat dari, nisi succedentibus ex testamento in totam hereditatem, vel quotam: at non venientibus ab intestato. 7 Testamenti vitia. 8 Non fit missio ex edicto D. Hadriani, nisi testamentum, ut oporteuit, fuerit oblatum vel publice recitatum. Paul. 3. *fent.* 5. §. 14.

9 Paul. 3. *fent.* 5. §. 14. 10 Hinc colligunt, legato consequendo vis executiva agi non posse ubi contradictor reperitur. vid. Mynsing. 5. *obf.* 50. *Nov.* 1. *c.* 4. 11 Competens judicium hereditatis est, ubi res funt hereditariæ. *l. 1. §. ubi de hered.* vide Ferrariens. *in forma libelli quo petitur hereditas ex testam.* vide Hartmann. 2. *observ.* 1. *c.* 7. 12 *l. 1. supp. eod.* 13 Probari testibus missionem in possessionem, ut & cæterea acta judiciaria hinc colligunt. 14 Ex edicto Divi Hadriani post annum scripti heredes in possessionem rerum hereditariarum non mittuntur. Paul. 3. *fent.* 5. §. 13. 15 Dixi ad 29. *ff.* 6. 16 Tempus igitur dominii transferendi causa est.

17 29. *ff.* 6. 18 Crimen est aliquem testari prohibere vel cogere.

19 Si quis quem testari coegerit. 15. *Syn.* 4. *c.* 4. 20 Si quis quem testari prohibuerit. *l. 1. 2. ff. eod.* adde *l.* 23. §. *de inofficioso. l.* 19. *ff. de his, quæ ut indign. Nov.* 18. *c.* 3. §. 9. & 35. *Eclog.* 4. *c.* 1. 21 Paul. 5. *fent.* 12. §. 2. 22 Maritus per uxorem potest heres institui. Warmser. 1. *prall.* 39. *c.* 18. 23 At non suggerere testamentum.

24 Blanditiis licet permoveere testantem, ut aliquid nobis testamento fuo relinquat. Visfola hac constitutione prohibetur, non blanditiæ. Institutio facta blando sermone non est vitiosa. *l. ult. ff. eod.* vid. *l. 11. §. de test. milit. l.* 70. *ff. de her. d. inst.*

25 Lex quædam extat apud uxorem *Synos. Basil.* 33. *tit.* 4. *c.* 7. quæ ad hunc locum vi

HEredes, quos necem testatoris inultam [29] omisisse [30] constiterit, fructus [31] integros cogantur reddere. Neque enim bonæ fidei possessores ante controversiam illatam videntur fuisse, qui debitum officium pietatis scientes omiserunt. Ex hereditate autem rerum distractarum, vel a debitoribus acceptæ pecuniæ post motam litem bonorum usuras [32] inferant. Quod in fructibus [33] quoque locum habere, quos in prædiis hereditariis inventos, aut exinde perceptos vendiderint, proculdubio est. Usuras autem semisses [34] dependere, satis est. Dat. 15. Kal. April. CHILONE, & LIBONE CONSS. 205.

De pupillo herede, & si testamentum a tutore falsum dicatur.

2. Iidem AA. Vero.

POlla quidem liberam habuit administrandi patrimonii sui potestatem: nec [35] idcirco, quod pupillus illi heres extitit, ea quæ ab ipsa finita sunt, revocari in disceptationem oportet. Sed si pupilli [36] nomine falsum dicere vis testamentum, de quo per Pollam transactum [37] est, potes experiri: dum memineris, si in causa non obtinueris, & portionem quam ex eo testamento pupillus habet, te ei salvam facturum, (quam [38] adimi pupillo necesse erit [39] secundum juris formam,) & de calumnia [40] tua Prætidem deliberaturum, quamvis pupilli nomine agere videaris, cum retractas ea quæ finita sunt per coheredem. PP. 8. Kal. Maji, ANTONINO A. 3. & GETA 3. CONSS. 209.

De tabulis ante quæstionem de servis habitam apertis.

3. Imp. ALEXAND. A. Antiochiano.

SI ea quæstio infertur filiis ejus, quam consobrinam tuam dicis, quod [41] tabulæ testamenti patris eorum, qui a familia interfectus dicebatur, priusquam quæstio de servis haberetur, apertæ & recitatæ sunt: propter amplissimi ordinis consultum hereditas a fisco vindicatur: & ideo agi causa apud Procuratorem meum debet: quia non eo tempore pupilli fuerunt. PP. 2. Non. April. ALEXANDRO A. CONS. 223.

De epistola, vel codicillis, de eo, quem testator voluntatem suam non mereri *declaravit.*

4. Idem A. Philomuso.

HEreditas in testamento data per epistolam [42], vel codicillos, adimi [verbis directis] non potuit. Quia tamen testatrix *voluntatem suam non* [43] *mereri* unum ex heredibus suis declaravit [44], merito ejus portio non jure ad alium translata, fisco [45] vindicata est. Libertates autem in [46] eadem epistola datæ peti poterunt 47. PP. 2. Kalend. Decemb. MAXIMO 2. & ÆLIANO CONSS. 224.

De sepultura.

5. Idem A. Tyranno.

NOn oportet ut indignis heredibus successiones auferri prætextu, quod [48] in sepultura supremis [judiciis, vel voluntatibus] defunctorum obtemperatum non fuisset. PP. 7. Id. Mart. JULIANO 2. & CRISPINO CONSS. 225.

De nece vindicanda.

6. Idem A. Venusto, & Clementino.

MInoribus [49] viginti quinque annis heredibus non obesse crimen [50] inultæ [51] mortis placuit. Cum vos autem etiam accusationem pertulisse, & quosdam ex reis punitos proponatis: licet is, qui mandasse cædem dicitur, provocaverit, vereri non debetis, ne quam hereditatis paternæ quæstionem a fisco meo patiamini. Convenit [52] enim pietati vestræ respondere causam appellationis reddenti. Quod si [53] majoris ætatis fuissetis, etiam ex necessitate provocationis certamen implere deberetis, ut possetis adire hereditatem. PP. 15. Kal. Jul. ALEXANDRO A. 3. & DIONE CONSS. 230.

detur referenda, hoc sensu: Si quis aliquem testari prohibuerit, vel quum testari cognisset, testamentum prohibuerit perficere: tenetur quidem læso ex causa prohibitionis: si quid autem superfuerit, fisco applicatur & ipse relegatur. 26 No Simonius *reg.* 60. 27 A fisco fcil. fed hoc in Galia non servatur. Bugnon. *in legib. abrogat.* 28 Vid. 29. D. *c. v. Paul. 3. fentent.* 5. quando factum fuerit. *dit. 5. ff. eod.* Illud adjiciendum, Fuisse & aliud senatusconsultum de quæstione familiæ factum, Nerone 2. & Pisone Consil. teste Tacito 13. 14. quod ideo Pisonianum. *l. 8. ff. eodem.* & Neronianum a Paul. 3. *fentent.* 5. §. 5. Idem Claudianum dictum. *ff. de SC. Silanian.* & *Claudian.* Novum autem non est ut Neroniana senatusconsulta dicantur Claudiana. vid. Cujac. 1. *obf.* 18. de senatusconsultis & edictis Claudianis, vide plura apud Pet. Fabr. 1. *Semestrium* 25. 29 *l. 17. ff. de his, quæ ut indign.*

30 Quod tempus requiritur, ut inultam necem omisisse dicantur? certum enim temporis spatium constitutum est eam rem tulisse videtur ex *l. 1. supr. in quibus causis in integrum restitut.* 31 *d. l. 17. & 76. §. 7. ff. de legat. 2.* 32 *l. 18. ff. de his, quæ ut indign.* 33 Vid. Cujac. 21. *obf.* 27. 34 Ut *l. 17. §. 6. ff. de usur.* vid. Cujac. *ad l. 3. ¶. de jure fiscali.* 35 Heres quantumvis sit pupillus, auctoris facto astringitur.

36 Tutor pupilli nomine de falso testamentum accusare potest, imo non potest. *l. 2. ¶. De his qui accus. dixi ibi.* 37 Ergo de falso hic transactum fuit? non ita est. *l. 17. ¶. ad l. Corn. de falsis. l.* 18. *§. de transact.* Nam Polla in hac hypothesi transegit de testamento nondum suspecto. vid. Hotom. 22. *Illust.* vid. tamen Cujac. 6. *obf.* 11. ubi notat & evincit de falso posse transigi. 38 Dolus tutoris agentis nocet pupillo. Imo non nocet. *l. 6. §. 1. ¶. unde vi.* 39 Imo necesse non est, cum minori eodem casu ignoscatur. *l. 5. §. 9. ff. de his, quæ ut indign.* 40 Tutor de calumnia proprio nomine teneri potest. Si tamen citra calumniam bona fide egerit, tutori ignoscitur. *l. 22. in fin. ff. eod.* 41 *l. 6. l. 9. l. pen. l. ult. ¶. l. 1. & toto tit. ff. de SC. Silanian.* Paul. 3. *fent.* 5. §. 5. 42 Epistola vel codicillis hereditas adimi non potest. Injuste tamen non adimitur, quod adimitur indigno, adde quæ scripti ad *l. 1. ¶. de codicill.* 43 Epistola indigno hereditas adimi potest. vid. Papon. 1. *Notar.* 7. *n.* 5. 44 Fortasse testatores coram testibus, vel duobus saltem testibus contestatum esse, metum sibi illatum a Titio de quo conquerantur: metu ab eo illato, testamentum fe fecisse, testamentum se jubenti animo mutaturum fuisse, nisi metus aut timor Titii obstitisset. Hac contestatione defendi potest, Titio heredi scripto tanquam indigno, hereditatem auferri, & fisco applicari. vid. Mantic. 2. *de conjecti.* 7. 45 Quod indigno adimitur, pleruique cedit fisco. vid. Rol. a Valle 1. *consl.* 56. *n.* 3. 46 Libertas per epistolam conferri potest.

47 Cur ita? collige ex *l. 19. in fin. ff. de reg. juris.* 48 Heres ineptam defuncti voluntatem circa sepulturæ funptus negligendo, indignus non intelligitur. *l. 5. supr. de reiv.* adde *l. 14. §. 5. ff. de relig. l.* 11. §. 5. *ff. de legatis. l.* 17. *¶. ff. de annuis. l.* 27. *ff. de cond. insl. l.* 16. *ff. de usu & usufruct. l.* 4. *ff. de administr. rer. ad civit.* aliis notatur qui non ineptam defuncti voluntatem negligit. facit *l.* 33. §. 1. *§. de inoffic.* Hodie negligenti eripitur hereditas, non tamen quasi indigno. *Nov.* 1. 49 Minori non objicitur crimen inultæ mortis defuncti. *l. 1. §. in quibus caus. in integr. restit.* Goth. Declarationem hujus leg. vid. apud Hartmann. Pistor. *quæst.* 47. *num.* 13. Ant. 50 Crimen inultæ mortis, *ut hic, & l. 1. §. eod. l.* 7. 9. 10. ¶. *eod.* crimen ingrati heredis. *l.* 22. *in fin. ff. de SC. Silanian.* Pertinet hæc constitutio ad Silanianum ut & 9. & 10. ¶. *eod.* 51 Non vindicatæ. *l.* 10. ¶. *eod.* 52 Non tamen est necessarium. 53 Major 20. annis non potest ad-

Qui non est in culpa, non debet esse in pœna. Bald.

7. Idem A. Vitaliæ.

SI ideo ultio [1] necis testatoris non est desiderata, quia cædis auctores reperiri [2] non potuerint: obesse heredibus, ex quo nulla [3] eorum culpa detegitur, non oportet. PP. Id. Martii, LUPO & MAXIMO CONSS. 233.

De falsi accusatione.

8. Imp. GORDIANUS A. Tatiæ.

ALia causa est ejus qui falsi instituta accusatione, ad finem usque, quod insimulabat, perduxit, & contrariam [4] sententiam meruit: alia ejus qui inchoatam accusationem non [5] pertulit: cum in illius [quidem] partem succedat fiscus, hic autem, qui contrariam Judicis sententiam non sustinuit, suæ partis non perdat persecutionem. PP. 15. Kal. Februar. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

Si occisores ignorantur, potest hereditas adiri impune. Alex.

9. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Ælianæ.

CUm fratrem tuum veneno [6] peremptum esse adseveres, ut effectus successionis ejus tibi non auferatur, mortem ejus ulciscі [7] te necesse est. Licet enim hereditatem eorum, qui clandestinis insidiis perimuntur, hi, qui jure vocantur, adire non vetantur, tamen si interitum non fuerint ulti, successionem obtinere non possunt. PP. * TYBERIANO & DIONE CONSS. 291.

Heredi scripto a legitimo prævento non auferitur hereditas a fisco, si mora, vel culpa non possit ei imputari. Salic.

10. Iidem AA. & CC. Sylvanæ.

SOrorem [8] fratris necem jure licito vindicantem [9], evincere ab uxore [recte] scripta successionem non convenit, secundum quæ fiduciam innocentiæ geris, & neque dolo malo tuo maritum necatum, neque alias indignam te successione probari [posse] confidis: adversus omnem calumniam maximam habes securitatem. Dat. 12. Kal. Maji, *Sirmii*, CC. CONSS.

Dilatio ad vindicandam necem defuncti non nocet heredi interim morienti, nec servis libertate donatis, nec aliis legatariis. Salic.

11. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni PP.

CUm Silanianum Senatusconsultum a nobis, tam laudandum, quam corroborandum est: necnon D. Marci Oratio, quæ circa [10] id facta est, invenimus autem nullam in ea mentionem *libertatis* factam, & veteres movit quædam de libertatibus [11] relictis in testamento necati testatoris quæstio: necessarium nobis visum est, & hanc dirimere. Hi enim qui libertate fuerant in hoc testamento donati, si eam accepissent, lucrum quod eis in medio [tempore] accidit, poterant sibi acquirere: Interea autem procrastinatione propter necis vindictam habita, hoc minime ad eos pervenit, & postea in libertatem deducti periclitabantur. [Sed] ne medium tempus fieret eis damnosum, & maxime si ancillæ in medio pepererint, & postea hereditas adita sit: bellissimum nobis videtur, divi Marci prudentissimi Principis Orationem, & in libertatibus producere, ne princeps [12] philosophiæ plenus aliquid videatur imperfectum sanxisse: sed ita in hereditatibus [13], & legatis, & fideicommissis, & maxime in libertatibus quas semper philosophia [14] amplectitur, extendatur ejus ratio, ut & lucrum quod in medio accidit, eis posit libertatem acceptam restituatur: & partus liber, & ingenuus esse intelligatur: nullaque machinatione hujusmodi præpeditio damnum aliquod irrogare concedatur, [ut] & libera eorum

ire hereditatem defuncti, nisi & reo cædis postulato rem perduxerit ad sententiam unam, atque alteram: interposita appellatione a priori. *l. 9. ¶. eod.* vid. Cujac. 18. *observ.* 6.

1 Dixi ad *l. 6. ¶.* 2 Nemini imputatur, qui quod potuit, præstitit. *l.* 16. *in fin. §. de inoff. testam.* 3 Pœna sine culpa non infligitur. 4 *l. 47. ff. de hered. pet.*

5 Accusatio testamentum falsi, ita demum quod in eo relictum est, amittit, si in accusatione usque ad sententiam definitivam perseveraverit superatusque fuerit, fecus si desistit. *l. 8. §. 14. ff. de inoffic.* is quum pœnitet ejus quod per errorem fecit venia dignus est *l.* 38. §. 7. *ff. ad l. Jul. de adult.* 6 Heres veneno interempti hereditatem adire potest antequam mortem ulciscatur vindicet, *ut hic.* aliud est, si occisus sit vi aperta. *l. 6. §. eodem. l. 1. §. 21. l. 5. in fin. l. 21. ff. de SC. Silanian. l. Silanian. 3. fentent.* 5. §. 2. in hunc modum, hanc constitutionem ad Silanianum pertinere, ut & 6. §. 1. *eod.* 7 Dixi ad *l. 6. ¶. eod.*

8 Soror fratris necem potest vindicare, *ut hic.* Potestne frater illatam fratri injuriam vindicare, puta crimen adulterii in defuncti fratris uxorem persequi atque vindicare? Paponius, Alexandrum secutus adversus Castrensem, negat posse & ita judicatum apud Burdegalenses refert 12. *Arrest. 9. n.* 16. 9 *l. 6. ¶. 6. §. 1. eod.* adde *l. 47. in fin. ff. de bon. libert.*

10 Fuit igitur Marci oratio post SC. Silanianum. Quando Silanianum factum fuerit, dixi in epigraphe *hujus tit. ad tit. ff. de SC. Silan.* Fuit quoque hujusce quæstionis cura Adriano, ut Spartianus auctor est; adeo curæ fuit Imperatoribus dominorum securitas. 11 Mora heredis non vindicantis necem defuncti, non officit libertatibus in testamento datis.

12 Marcus Princeps Philosophiæ plenus. 13 Mora heredis necem defuncti non vindicantis, non nocet legatariis. 14 Philosophia libertates amplectitur. 15 Nihil actum credisans, dum aliquid addendum superest. *l. 1. ff. de orig. jur.* adde *l. 139. in fin. ff. de verb. sign.* ex Lucani *lib. 2.* ---- *Sed Cæsar in omnia præceps, Nil actum credens, dum quid superesset agendum.* 16 *l. 1. §. 26. §. 27. ff. eod.* 17 Paul. 5. *fentent.* 5. §. 3.

18 Paul. *dictis loco.* 19 *l. 1. §. 28. ff. eod.* 6. Herm. 12.

20 Dixi ad 29. *ff.* 7. adde Grassum *libro sententiarum* §. *Codicillus.* 21 Codicilli rumpuntur rupto testamento, *ut hic.* nisi venientes ab intestato, gravati sint restituere id, quod eis relictum est codicillis, tunc enim valent codicilli, licet testamentum effectum non habeat. *l. 14. l. 29. ¶. de fideicommiss. l. ex ea scriptura.* 29. *ff. de testament.* Idem dicendum, quoties heredes tacite, non expresse consentiunt de eo restituendo quod in codicillis continetur, tunc enim tacitus fideicommissarius, licet non testamentum. *l. qui filio.* 38. §. 1. *ff. de heredib. instit.* Idem est quoque si testamentum ab initio nullum fuit: ut puta, si præteritus in eo filius fuit. Dynus & Bartol. *in l. legata.* 19. *ff. de legat.* 1. vide Sotinum *reg.* 60. 22 Posthumi adgnatione rumpitur testamentum, ergo & codicilli ex testamento dependentes. 23 Ruptum testamentum confirmari potest & a testatore coram quinque testibus, valebitque eo casu testamentum pure codicillorum. adde *l.* 38. *ff. de cond. & demonstr.* 24 Hereditas per fideicommissum dari vel adimi codicillis potest, *ut hic, & l.* 22. ¶. *de fideicommiss. l.* 75. *ff. de legat.* 2. directo non potest. *l.* 2. *in fin. l.* 10. *ff. eod.* §. 2. *Institi. eodem. l.* 4. §. 11. *proxim. l.* 5. §. 1. *supr. de necess. l.* 77. *ff. de heredib. instit. l.* 27. *in fin. ff. de cond. insti. l.* 76. *ff. ad SC. Trebell. l.* 14. §. *de testament.* 2. Cujus 7. §. *ult.* nisi a milite. *l.* 19. *ff. de testament. milit.* An idem inter liberos & venientes ab intestato? *l.* 30. *ff. de hered. instit.* In ad pias causas voluntate? *l.* 1. *C. de sacros. eccles.* in institutione, *l.* 14. §. *de testam.* facta rei certæ, vel si declarationis modo testamentum fecit testator? *l. ultr.* 77. *ff. de heredib. instit.* ita censet Socinus *regula* 169. His adde, hereditatem liteis non dari. *l.* 17. *ff. de jure codicill.* nec adimi. *l.* 4. §. *de hi. quib. ne indign.* vide præterea Hypothum Marsilium *tomo.* 49. 25 Cur ita? ne jus testamentorum & codicillorum confundatur. adde *l.* 7. ¶. *eod. l. non codicillum.* 14. §. *de testam.* §. *pen. Instit. de jure codicill. l. Scævola.* 76. *ff. ad SC. Trebell.* 26 Quæ & fideicommissaria & [illegible] dicuntur nusquam obliqua. Fideicommittere his verbis possumus. *Fideicommitto, peto, volo dari.* Ulpian. 25. §. *ult. Instit. de singulis reb. per fideicommiss.* Paul. 4. *fentent.* 1. §. 6. *Volo hereditatem meam Titii esse. l.* 118. *ff. de legat.* 1. *rege, mando. Institi. dicto loco: Paul. dict. loc. deprecor, injungo, impero.* Paul. 4. *fent.* 1. §. 6. *supra.* Paul. *d. loco. cupio des. l.* 115. *ff. de leg.* 1. *opto, credo te daturum. d. l.* 115. *exige. l.* 118. *ff. de legatis.* Paulus *dicto loco. ausferre ut det. d. l.* 118. *scio hereditatem meam te restituturum Titio. d. l.* 118. *Tubro. l.* 28. §. *penultim. ff. de liberl. legata.* Quid *Relinquo?* Paulus *dicto loco* negat esse precarium. Scævola precarium facere videtur. *l.* 78. §. 8. *ff. ad SC. Trebell.* Quid *Commendo?* Paulus etiam *dicto loco* negat precarium verbum esse: quod & alibi confirmatur. *l.* 12. ¶. *de fideicommiss. libertatib. l.* 11. §. 2. *ff. de legatis.* 3. nisi forte probetur, testatorem eo verbo fideicommittere voluisse. Et hæc quidem Jurisconsulti. Interpretes vero ita: Verborum alia sunt directa, alia obliqua, alia communia seu mixta ex utrisque. Directis non ab alio quis capit, sed a seipso: obliquis, ab alio. Mixta sunt communia quæ utrique institutioni possunt adaptari. vide Grassum *ex communi opinione libr. sententiarum,* §. *fideicommissa, quæstion.* 4. Directa sunt, ut *institue, heres esto, accipiat, accrescat, capiat, dominus esto, reverteatur, moriatur.* Obliqua, *detur, lego, restituat.* Communia, *competat, devoveat, devolvatur, habeat, pertineat, petat, relinquo, remaneat, substituo, succedat, veniat.* Grass. *ibid. ex communi opinione quæst.* 3. 27 Codicillus, nowissimi judicii ordinatio est, hoc est, species ultimæ voluntatis. 28 Codicillis hereditas directo dari non potest, precariis verbis dari potest, *ut hic.* eadem ratione codicillis declarari potest: quis, aut quis ex pluribus heres fit institutus in testamento. *l. esse toto.* 77. *ff. de hereditib.* Potest & codicillis substitutio, dubia alioqui declarari, ut directa sit, non obliqua, aut fideicommissaria, Bald. *consl.* 249. Hoc amplius notandum est, codicillis tametsi imperfectis, ambigua verba testamenti posse declarari. *arg. l. ult. ff. de reb. eor. qui sub tut.* Pone, testator decem filio reliquit codicillis: post declarat, ea se filio reliquisse juris institutionis: quæritur, utrum ea declaratio codicillis facta valeat? Bald. *in l. non codicillum.* 14. §. *de testam.* Salic. & Jason negant *in Authent. novissima, supr. de inoff.* Romanus contra valere putat, *consil.* 179. *num.* 7. Pone, rursus testamento nuncupativum factum, postea vero testatorem codicillis adscripisse se testamentum scriptum fecisse? Hujusmodi codicillaris adscriptio vim testamenti nuncupativi non subvertit. Castrens. 1. *cons.* 93. Singulare est hoc, codicillis testamentarium heredem, indignum hereditate declarari posse, ut eo elogio codicillari, hereditas tanquam indigno ei auferatur, & ad fiscum, non ad alios coheredes ea perveniat, *l. heredi.* 15. *ff. de his, quæ ut indign.* Decus *cons.* 361. *n.* 5. quinmodo tamen adscriptio, seu contestatio fieri potest favore ab intestato heredum. Cumanus *in l. filius.* 7. *ff. de liberis & posthum.* Idem derogatorum clausulæ priori testamento adjectam esse, posteriore vero non esse revocatam testamento, codicillis tamen postea revocatam esse. Quæro an secundum testamentum specialiter factum, sine speciali revocatione valeat? valet, quia hoc casu hereditas neque datur, neque adimitur; quod cum non sit prohibitum, permissum esse intelligendum est. *l. necnon.* 28. §. *quod ejus.* 2. *ff. ex quib. causis majores.* & ita Salicetus & Alexander *hic.* Angelus §. *penult. Instit. de codicillis.* Jason *in l. fanoriunt.* 27. *supr. de testament.* 29. Plures codicillos facere possumus. *l.* 6. §. 1. *ff. eod.* §. *ult. Instit. eod.* Quid si plures eadem die facti reperiantur? & in uno fundus Tusculanus legetur Titio, altero eidem non legetur? Codicillus cui legatum fuit adscriptum, prior fuisse existimabitur. Nam præsumimus id semper prius fuisse, quod jure prius esse debuit. Jure, priore loco legamus, posteriore adimimus: nec adimi quicquam potest, nisi antea jam legatum. vide Alciatum 3. *præsumpt.* 42. 30 *l.* 70. *ff. de heredib. instituendis.* vide quæ dixi ad *l.* 11. *supr. de testam. milit.* 31 Codicillis postremo codicillo contrario tollitur. Posteriore codicillus priori præfertur. *l.* 19. ¶. *de fideicommissis.* & hoc quidem naturale est etiam in legibus. *l. ult. ff. de const. princ.* & testamentis. §. 2. *Instit. quib. modis testam.* 2. Cujus 3. §. 5.

32 Codicillus codicillo mutatur, *ut hic:* ergo & supplet etiam & emendari potest. *l.* 8. *in*